

SCRIPTA

Numéro Scripta : 6712

Autre(s) référence(s) : Round 480

Auteur(s) : Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

Bénéficiaire(s) : Troarn, Saint-Martin (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1155-1157]

Lieu d'émission : Worcester

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Confirmation des biens de l'abbaye de Saint-Martin de Troarn.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Delisle Léopold, *Cartulaire normand de Philippe-Auguste, Louis VIII, Saint-Louis et Philippe le Hardi*, Caen, Hardel (MSAN ; 16, 2e série, 6, p. 160-390), 1852, p. 173.
- b. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° XXVIII, t. 1, p. 123-129.
- c. Sauvage René-Norbert, *L'abbaye de Saint-Martin de Troarn au diocèse de Bayeux, des origines au seizième siècle*, Caen, Chalopin (MSAN ; 34), 1911, p. 376.

Indications

Round John-Horace, *Calendar of Documents Preserved in France, Illustrative of the History of Great Britain and Ireland*, 918-1206, Londres, Her Majesty's Stationary Office, 1899, n° 480.

Dissertation critique

Sur la datation de cet acte, voir DELISLE/BERGER, *Recueil des actes de Henri II*, t. 1, p. 123.

Texte établi d'après b

H., rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, justiciis, baronibus, vicecomitibus, ministris et omnibus fidelibus suis Anglie et Normannie, salutem.

Sciatis me concessisse ecclesie Beati Martini de Troarno et monachis in eadem ecclesia Deo servientibus, omnes donationes que eis rationabiliter facte sunt in terris et ecclesiis et decimis et in omnibus rebus, tam in Anglia quam in Normannia, sicut illas melius et quietius et liberius habuerunt tempore antecessorum meorum regum Anglie, videlicet Willelmi proavi mei et Henrici avi mei. Ex dono comitis Rogeri de Monte Gomerio, qui abbatiam de Troarno fundavit, totum ipsum Troarnum, et totum alodium de Buris, cum omnibus appendiciis suis

et consuetudinibus et redditibus, tam in terra quam in aqua, in pratis et molendinis, in piscariis, silvis, vineis, hominibus, ecclesiis et decimis, quorum appendiciorum nomina hec sunt : Turfredivilla, Salneriivilla, excepta terra Fulconis, Foletot, Sanctus Paternus, Johannisvilla, Catavilla cum Ramata et omni consuetudine de marisco et herbatura tocius vicinitatis ; totam Ledrosam cum ecclesia sua ; terram Gaufridi et Rogeri in Ranvilla ; Huldestot et Ernoltot, sicut habuerat Hugo Pincerna ; exclusam totam predicti Troarni, a terra usque ad terram ; et ecclesiam Sancti Sansonis cum burgo et terra Goisberti, Ingulfi et Heroldi et Ansgoti et Willelmi clerici de Sancto Sansone, quam tenebant in Sancto Sansone ; et in Barnevilla totum vicum qui vocatur Crepicor, et duas piscarias, et ecclesiam de Guleto, cum tota decima, tam in terra quam in aqua, et decimas de theloneis suis de Monte Gommerio, et decimas de molendinis suis, et de pecudibus suis et de fructu earum ; in Trumo decimam thelonei et molendini, et ecclesias ejusdem ville, videlicet Sancti Petri ecclesiam, et Sancti Germani et Sancti Vulfranni, cum terra presbiteri, et decimam nutrimenti, et terram Sancti Ipoliti et Geborei cum honore Ursi militis de Molinis, et ecclesias de Croceio ex integro, cum terra quam Osbertus tenuit in Sancto Germano, et quam tenuit Radulfus in servitio Sancti Hilarii, et decimam molendini et decimam de nutrimento et fructu de Vitreio, et decimam de foresta de Gulfer, in denariis qui consuetudinaliter inde exeunt, et decimam piscium de Crusillis cum uno hospite, et totam terram Renaldi Malleart, et ecclesiam Sancti Silvini cum omni decima, et cum omni allodio suo et moltura ipsius ville, et terram Morini carpentarii, quam tenebat in burgo Sancti Silvini, cum omnibus redditibus suis, et terram Gisleberti Berbium quam habebat in eadem villa, et decimam de theloneo et nutrimento quod erit in Sancto Silvino, et ecclesiam Rainerii Mansioli cum ecclesia Sancti Petri, cum tota decima earum, et terram Rogeri Tanetin quam idem Rogerus eis dedit et concessit cum tertia parte molendini et aque, et arpeno vinee in Airam, et terram Ursi filii Rainardi de Molins, et quicquid Gaufridus clericus tenuit in Reivilla cum decima et ecclesia Sancti Martini, et cum uno piscatore et terra ejus, et terram quam dedit Ansetillus clericus, et decimam unius molendini et decimam foreste de Monte Acuto, et quod habeant omnes porcos suos quietos sine pasnagio et omni consuetudine in predicta foresta, et ligna sufficienter ad ignem suum et ad domos suas faciendas, et quicquid homines predicti comitis Rogeri eis rationabiliter dederunt in Retisvilla et alibi. Ex dono regis Willelmi proavi mei, in Cadomo, domum Mauri cum alodio suo et omnibus consuetudinibus suis, in Goisbertivilla terram Alveredi Malbehenc, et terram Theroldi clerici cum consuetudinibus que inde ad regem pertinent, et decimam ; in Dumoldivilla terram Ranulfi et consuetudines ad regem inde pertinentes, cum decima et parte ecclesie ; in Billeio, terram Radulfi Guerout et fratrum ejus, cum consuetudinibus que ad regem pertinent et decimam eorum, et in Furno terram duorum hominum ; in Falesia totam terram Wesmanni et consuetudines ejusdem ad regem pertinentes ; in Retisvilla decimam de crasso pisce. Ex dono Henrici regis, avi mei, et Ricardi comitis Cestrensis, ecclesiam de castro Vire cum omnibus que ad illam pertinent, et decimam omnium reddituum ad idem castrum pertinencium, videlicet decimam molendinorum, furnorum, thelonei et terrarum. Ex dono baronum, concessu predicti regis Willelmi, Rogerus de Bello Monte dedit eis unum quarrum in foresta de Broctona, et pasnagium porcorum suorum in eadem foresta quietum. Ex dono Herberti de Spineto et Matildis sororis ejus, in Diva totam ecclesiam cum XV. burgensibus et quinque salinis, et quartam partem terre sue in Calvo Monte. Ex dono Willelmi comitis Ebroicensis et Helewisie uxoris sue, duas salinas in Waravilla, quas Gillebertus Wenchenel tunc tenuit cum tota terra sua, que est de honore de Bavent. Ex dono Roberti de Bello Fago, concessu predicti comitis Ebroicensis, ecclesiam de Waravilla cum tota decima ; et ex dono heredum predicti Roberti unam salinam in Divis. Ex dono Bernardi sacerdotis IIIor sextarios salis. Ex dono Hugonis Luveti, unum hominem quietum de omnibus consuetudinibus in Waravilla. Ex dono Gualteri de Mara duas summas salis. Ex dono Durandi unam summam salis, et ex dono Warini filii Adelicie unam. Ex dono Roberti et fratris sui, in Salinellis, totam terram suam, et in eadem villa XX. summas salis. Ex dono Willelmi de Columberis, in Lingruna, totam ecclesiam et terciam partem decime, ubicunque ipsemet habebat duas partes. In eadem villa, ex dono Roberti Coudrain, totam decimam de VIIxx acris terre. Ex dono Rochonis, totam decimam de XVIII. acris de terra Patricii, decimam de XXIII. acris de feodo Burnici, decimam de XVIII. acris, et terciam partem decime ejusdem ville, ubicunque monachi de Sancto Gabriele accipiunt duas partes, et quicquid eis rationabiliter datum est in eadem villa de Lingruna, de feodo et dono Willelmi de Columberis et hominum suorum, et de feodo et dono Roberti Filii Hamonis et hominum suorum, et de feodo et dono Jordani de Sai et hominum suorum, et de feodo et dono Gaufridi de Constantino et hominum suorum. In Berneriis, ex dono Rogeri de Curcella et heredum et hominum suorum, terram presbiteri et ecclesiam de Taillevilla, et quicquid rationabiliter habent in eadem villa. Ex dono Adelicie sororis Roberti de Rumilleio, quinque acras terre in Anaeriis, et quatuor acras inter Taillevillam et Sanctum Albinum, et quatuor acras quas Gunterius tenebat de eadem Adelicia, et quicquid habent de feodo Lingronie et Berneriarum. Ex dono Rainaldi Burgevin, in Lione, unum piscatorem cum tota terra sua. In Beneio ecclesiam cum tota decima. Ex dono Willelmi Filii Rainoldi, in Marescals et in Insulis, duas partes decime de tota

terra quam habebat in dominio suo et de terra quam vavassores sui tenebant, et totam rectam decimam de terris illis que postea fuerunt culte. Ex dono Gaufridi Caruel, totam decimam terre sue, in Alteio et in Cuisseio. Ex dono Willelmi Crassi duas partes decime de blado et canabe et lino, de feodo undecim vavassorum, videlicet Unfridi de Cuissei, Walteri de Alteio, Rogeri de Alteio, Herberti filii Amis, Turgisi filii Ricardi, Drogonis patruj ejusdem, Fulcheredi, Alani, Serlonis Gornefol, Ingerranni et Turtini de Cuisseio. Ex dono baronum, concessu regis Henrici avi mei : ex dono Willelmi Crassi in Alteio duas partes decime IIIor rusticorum et dimidii, videlicet Gaufridi Hericii, Roberti de Sancto Laudo, Walteri de Carpichet, Herberti filii Gaufridi, Roberti filii Goisleni, et decimam IIIor borderiorum, videlicet Wimundi, Rainoldi, Turgisii filii Reimburge et Tuoldi filii Goisleni, et terram in eadem villa ad unam granceam faciendam. Ex dono Rannulfi de Praeriis, quicquid habebat in Mansiolo Breheri, videlicet ecclesiam et totam terram, et quod suum erat in ecclesia de Burceio et in ecclesia de Prateriis, et dimidium molendinum ejusdem ville, et terram Hucemanni, et unam masuram quam habebat in Gavinnoliis, et medietatem ecclesie de Muscampis et landam que est juxta ecclesiam, et criptam Burnelli cum duabus acris terre juxta pontem, et masuram Avicie, et decimam omnium molendinorum suorum et omnium pecorum et caseorum et vellerum, et in Anglia apud Dalbeiam et Holesbeiam duas partes decime in segetibus et decimam de lana et de pecoribus et caseis et velleribus que in dominio ejus erant, et masuram Sewardi Braciatoris. Ex dono Radulfi vicecomitis ecclesiam de Campinnoliis et totam decimam. Ex dono Willelmi de Milleio, ecclesiam de Milleio, cum XL. acris terre, et ecclesias de Calido Loco et totum l'Essarbois. Ex dono Rannulfi filii Tustini de Prateriis et hominum suorum XX. acras terre. Ex dono Alveredi de Cumbraio, decimam tocius panis de annona sua facti, et decimam precii de frumento suo vendito, et illam partem quam habebat in ecclesia de Agerneio. Ex dono Rannulfi de Prateriis, terram Willelmi presbiteri et Radulfi de Couvert et Herlewini fratrum ; et preter terram quam ecclesia de Muscampis prius habebat, dedit idem Rannulfus predictus sexaginta acras terre et locum ad faciendum unum molendinum et molturam de hominibus suis in illa parrochia manentibus, et decimam de suis molendinis, et in silvis suis ligna sufficienter ad edificia sua facienda, et pasturam porcorum suorum quietam, et decimam tocius pasnagii sui. Ex dono Walteri de Meduana, et uxoris sue et filiorum suorum Hamelini et Juhelli, quicquid habebant in ecclesia de Muscampis et in ecclesia de Burceio et in ecclesia de Troitemer, et decimam de molendinis de Agun, et in Muscampis terram Nigelli filii Suavis, et terram Atiliorum, et terram Cornardi, et terram Colli Anseris, et terram de Landa, et communitatem de bosco de Muscampis ; et in eodem bosco, ex dono filiorum Ottonis, sufficienter ligna ad ignem monachorum et porcos suos quietos de pasnagio. Ex dono Ottonis de Tilleio, quicquid habebat in ecclesia de Muscampis, cum domibus que sunt circa ecclesiam, que fuerant Comitisse, et cum sua parte terre illius que vocatur Landa, que est sita inter ecclesiam et publicam viam a meridie, et quicquid habebat in cimiterio, et terram Rogeri Ginet et terram Colli Anseris, et pasturam pecoribus et bestiis eorum in bosco et plano cum suis propriis pecoribus, et decimam molendini sui, et totam terram Rabel cum sua parte ecclesie de Burceio. Ex dono Radulfi Guz et Roberti nepotis ejus, ecclesiam de Venjuns et decimam. Ex dono Ricardi de Carevilla suam partem ecclesie et decime que pertinet ad feodum Engerranni de Vedacio. Ex dono Ricardi Malbehenc, ecclesiam de Beneio cum tota decima et sexaginta acras terre. Ex dono Hugonis Britonis, decimam thelonei de Stolvio, et decimam molendini et terram unius burgensis. Ex dono Willelmi de Traceio, molendinum de Trebuchet, et decimam molendinorum suorum de Sancto Vigore. Ex dono Ricardi de Novilla et Willelmi, ecclesiam de Novilla. Ex dono Radulfi de Prateriis ecclesiam de Aiglestonia, et totam decimam et totam terram presbiteri, et unum hominem in eadem villa cum quatuor bovatis terre, et in Chindentrona duas partes decime, et decimam de molendinis suis et piscariis et de bosco suo et de lana ovium suorum et caseorum suorum et decimam omnium reddituum et censuum suorum. Ex dono Rogeri de Laceio, ecclesiam Sancti Stephani de Rupe et unum rusticum cum sexaginta acris terre. Ex dono Gualteri de Meduana, decimam de forno et de molendino de Fonteneio Paganelli. Ex dono Radulfi Guz, decimam de Beebec. Ex dono Willelmi de Capella ecclesiam de Olnebac cum omnibus redditibus et pertinentiis suis et sexaginta acras terre in eadem villa, et unam masuram cum gardino et terra que ad ipsam pertinet. Ex dono Rogeri de Burgeelvilla, quindecim acras terre, quas Willelmus de Olnebac ei dedit in eadem villa pro pace et concordia de morte patris sui. Ex dono Helie de Cagneio, ecclesias Sancte Marie et Sancti Martini et Sancti Vigoris et medietatem altaris Sancti Germani, cum tota decima de feodo comitis, et ex dono ejusdem Helie et hominum suorum et aliorum dominorum ejusdem ville, terram et pratium. Ex dono Rogeri Tanetin, totam partem suam de ecclesia de Gillervilla, et totam terram suam ; et in Husmelinivilla, decimam de feodo comitis. Ex dono Hugonis de Crepicor et heredum suorum, ecclesiam de Clivilla, cum tota decima, et terram Willelmi presbiteri, et decimam trium molendinorum. Ex dono Rainaldi Pulcini, decimam molendini sui de Capella vel in blado vel in denariis, concessu heredum suorum. Ex dono Lancelini de Airam et heredum suorum, totam ecclesiam de Airam et totam decimam de feodo de Grentemaisnil quod tenebat de Willelmo de Anserivilla, et tres acras terre et dimidiam cum comparatione unius arpentis vinee. Ex dono Hugonis Britonis, in Felgeriis terram trium hospitum et decimam molendini, et in Stouvy decimam thelonei et molendini et terram unius burgensis. Ex dono Roberti de Martinowas, triginta acras terre in Ramata, et totam decimam de molendino suo de Rollo. Ex dono Ricardi de Anserivilla, decimam de tribus partibus de molendino de Anevilla. Et in Anglia, ex dono predicti comitis Rogeri de Monte Gomerio, totam terram de Rogentona, cum hominibus ejusdem ville et omnibus pertinentiis suis ;

et in Harengeria terram et homines ; et in Walteham tres hydas terre, et in Grafan et Estremetona decimas ; et in Cicestria duas masuras, et ecclesiam Sancti Ciriaci ; et in Mersetona decimam ; et in Olfam decimas. Quare volo et firmiter precipio quod predicta abbatia de Troarno et monachi in eadem Deo servientes omnia predicta, que eis rationabiliter data sunt, habeant et in perpetuam elemosinam teneant, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus et quietanciis suis, prenominatis terris et ecclesiis et tenementis pertinentibus, cum quibus predicti donatores ea unquam melius et liberius tenuerunt, in bosco et plano, in pratis et pascuis, in terris, ecclesiis et decimis, in aquis et molendinis, in viis et semitis, in vivariis et piscariis, et in omnibus rebus et in omnibus locis, ita bene et in pace et libere et quiete et honorifice, sicut predicti donatores ea tenuerunt et sicut carte donatorum et carte regum Anglie Willelmi proavi mei et Henrici avi mei testantur eis et confirmant, et sicut ipsa abbatia et monachi predicti ea unquam melius, liberius, quietius et honorificentius tenuerunt, tempore prenominatorum antecessorum meorum regum Anglie.

Testibus : Teobaldo Cantuariensi archiepiscopo, et Johanne Wirecestrensi episcopo, et Gilleberto Herefordensi episcopo, et Thoma cancellario, et Willelmo fratre regis, et Roberto comite Legrecestrie, et Willelmo comite Gloecestrie, et Reginaldo [comite] Cornubie, et Henrico de Essexia constabulario, et Ricardo de Humeto constabulario, et Ricardo de Luci, et Roberto filio comitis Legrecestrie, et Mannessero Biset dapifero, et Warino Filio Geroldi camerario, et Roberto de Dunestanvilla, et Goscelino de Baillolio, et Henrico de Oilli, et Willelmo de Lanvaleio, et Willelmo de Bello Campo.

Apud Wirecestriam.